

Texte mit Anwendung der nd-Konstruktionen

Zum Üben mutwillig gekürzt und modifiziert
aus dem Zar saane Bücher von Mützel, dem Lateinlehrer Ihres Vertrauens

Caesar rotiert, denn die Soldaten bauen ein Schanzwerk, die Gallier kommen

1. Caesari omnia uno tempore erant agenda:

vexillum <erat> proponendum

(quod erat insigne, cum ad arma concurri oporteret);

signum tubā < ... > dandum;

ab opere <erant> revocandi milites;

<ei, >

qui paulo longius aggeris petendi causa processerant,

<erant> arcessendi;

acies < ... > instruenda; milites cohortandi; signum dandum.

2. Caesar, necessariis rebus imperatis, ad cohortandos milites decucurrit et ad legionem decimam devenit.

3. Milites non longiore oratione cohortatus proelii committendi signum dedit.

4. Atque in alteram (partem) item cohortandi causa profectus pugnantibus occurrit.

5. Temporis tanta fuit exiguitas hostiumque tam paratus ad dimicandum animus,

ut non modo ad insignia accommodanda,

sed etiam ad galeas induendas scutisque tegimenta detrahenda tempus defuerit.

6. Quam¹ quisque² ab opere in partem casu devenit

quaeque³ prima signa conspexit,

ad haec constitit,

ne in quaerendis suis

pugnandi tempus

dimitteret.

1 Warum diese KNG-Form? Wozu gehört's?

2 Steht so im Lexikon

3 = et quae